

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm
Ad Diversos Libri X.**

Symmachus, Quintus Aurelius

Neapoli Nemetvm, MD CXVII

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1363>

M a j o r u m p r o s a p i a N o b i l i s s i m i s , F l o r e n t i s s i m i s q ; F r a t r i b u s
F R I D E R I C O - A L B E R T O } *ab* O M N I S
P L E I C H Á R D O - A L B E R T O } H E L M S T A D T .

Illustris ac strenui Herois

Dn. PLEICHARDI AB HELMSTADT:
Dynastæ in Helsingør &c. Equitis Aurati: Ductoris Exercitūs,
Serenissimi Dn. ELECTORIS Palatini Con-
siliarij: nec non Pro Principis Nea-
politani

F I L I I S , A D O M N I A S U M M A N A T I S :

Ætatis , omniumque Virtutum Heroicarum incrementa precatus

J OH. PHILIPPUS PAREUS.

RÆCORUM fortissimum Heroe Achille parentes ab ipsis jncunabulis educandū tradiderunt Chironi Thessalo: qui & bellicis artib. & Musices facultate eum informaret. Prudētissimo sane consilio. Neque enim existimarunt satis esse, benè natum esse, nisi & natalium splendorem variarum virtutum quasi gemmis radiantem expolirent. Idem sequi sunt nobiles olim Romani, qui filios suos in gymnasticā pariter & Musicā succrescere voluerunt, antequam ad culmē verę Gloriæ adspīarent. Laudabile hoc propositum commendavit omnibus Principibus Imperij Romani Imperator Augustissimus Karolus IV. in suā Chryso-Bullā: ubi salutariter sanxit, ut naturaliter cognito jam Theotonico idiomate, incipiendo à septimo ætatis anno in GRAMMATICĀ (peritiam Linguæ Latinæ intellegens) Italicā ac Slavicā linguis instruendos curarent. Quid aliud constituisse dicemus Philippum Macedoniae Regem? qui cùm filio auctus esset Alexandro (qui postea Magnus cognominatus fu't) gratulari sibi magnopere

cœpit, quod eius nativitas in tempora Aristotelis incidunt: à quo in omni sapientia posset institui. Atque id ipsum est, quod Symmachus noster ait lib. x. Epist. xxv. *Inter præcipua negotiorum sœpe curatum est, ut eruditis nobilibus Philosophi præceptores ex Atticâ poscerentur.*

Certè, Generosæ spei Fratres, vos dum intueor, video Magnum vestrum Parentem suo quoque exemplo institutum illud majorum admodum comprobare, dum florem vestræ ætatis in bonis literis ac lingua in primis Latinâ addiscendâ versari voluit: eaque fini vos informandos tradidit doctissimo & humanissimo viro Dn. LUDOVICO SCHLECHTIO, cuius præceptis institutisq; quotidiè abundatis. Maeti este hac indole! Ita vovo ego, Aeternum Numen comprecatus, ut in laudes Magnanimi Parentis vestri crescatis. Hunc meum affectum testari volui Calligraphiâ hac è præclarissimi viri Q. AURELI SYMMACHI Consulis Romani, & Præfecti Vrbis Epistolis depromptâ. Confido autem operam hancce studijs vestris haud incommodam futuram, quippe cum summis Imperatorib. Romanis Theodosio, Valentiniano, & Arcadio Symmachianum eloquium maximè semper arriserit. Sic igitur, florentissimi Fratres, Præfecti Vrbis Filij generosi, Aurelij Symmachii Præfecti Vrbis flores istos Romanæ facundiæ, blando vultu accipite, mihiique indolis ac gentilitiæ famæ vestræ studiosissimo favete. Scripsi Neapoli Nemétum. Anno Gratiae 15. c. xvi. Ipso die Natali meo xxiv. Maij.

CAL.